



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Abbati De Radingia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

8 Epistolarum Innocentij III.

HELIÆ ABBATI ET CONVENTVI
de Radingia Cluniacensis ordinis.

Epiſt. 16.
Ipsum monaſterium & bona eorum iufcipiuntur ſub protectione, & conſimaneantur aprivilegia.

Sacroſancta Romana Ecclesia devo-
tos & humiles filios ex affluere pietatis officio propensiū diligere conluevit,
& ne pravorum hominum moleſtiis agi-
tentur, eos, tanquam pia mater, ſua
protectioni munimine conſovere. Ea
properit, dilecti in Domino filij, veſtris
iustis poftulationibus gratum impertien-
tes affenſum, monaſterium de Radingia,
in quo divino eftis obſequio mancipati,
cum omnibus bonis quæ in praefenti ra-
tionabiliter poſſider aut in futurum iuftis
modis praefante Domino poterit adipiſci,
necnon & perſonas in eo Domino fa-
mulantes, ſub beati Petri & noſtra pro-
tectione fuſcipimus. Specialiter autem
Eccleſias, Capellas, terras, poſteſſiones,
& redditus, libertates, & immuni-
tates, & omnia alia quæ confeſſione Pon-
tificum, largitione Regum vel Principum,
ſeu etiam emptione vel donatione, ac
oblatione fideliū, aut aliis iustis modis
efts haētenui affeſci, ſicut ea omnia
juſtè ac pacifice poſſiderit, auſtoritate
vobis apoſtolica conſirmamus, & praefen-
tis ſcripti privilegio communimus; di-
ſtriictiū inhibentes ne quis ſuper privile-
giis praedecellorū noſtrorū Romanorū
Pontificum vos aut monaſterium veſ-
trum temerē moleſtare preſumat. Nulli
ergo &c. noſtræ protectioni, confor-
matiōni, & inhibitioni infringere &c. Si
quis autem &c. Datum Romæ apud ſan-
ctum Petrum IV. Kal. Martij, anno decimo.

E I S D E M .

Epiſt. 17.
Indulgetur
quod liceat eis
bona monaſte-
rii alienata re-
vocare.

Cum ex illorum incuria qui monaſterio veſtro per tempora pafue-
runt, & damnoſa taciturnitate conven-
tus, qui plerunque factis eorum contra-
dicere non eſt aufus, contra ipsius monaſterij privilegia nonnulla de bonis ejus
alienata dicantur in ipsius grave præjudi-
cium & jaēuram, volentes indemnitati-
bus ſuis paterna ſollicitudine præcavere,
praefentium vobis auſtoritate concedimus
ut quaſi ſic ab eodem monaſterio alienata
fore noſcuntur, liceat vobis ad ipsum le-
gitimè revocare. Nulli ergo &c. noſtræ
conceſſionis &c. Si quis autem &c. Da-
tum ut in alia.

ABBATI DE RADINGIA.

Ivlis petentium deſideriis &c. uſque
laſſenſu, praefentum tibi auſtoritate
concedimus ut in exterioribus monaſterijs
tui procriptionibus liceat tibi, cum con-
ſilio Capituli vel majoris aut fanorius par-
tis ipsius, fratres profesſionis veſtrae in re-
ligione probatos, industrios, ac diſcre-
tos ablique contradictione cujuslibet,
ſicut eidem monaſterio expedire videris,
conſtituere, ac iterum exigente utilitate,
vel urgente neceſſitate, cum tibi bene
placuerit, de ſimiſi fratrum conſilio re-
vocare. Ita ſanè quod res, poſſeffiones,
redditus, & prouentus monaſterij me-
morati non niſi per manus fratrum, qui
tibi & Capitulo tuo de ſibi commiſſis,
prout debitum eſt, reſpondeant, diſpon-
natur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Si quis autem &c. Datum La-
terani VI. Id. Martij, anno decimo.

MAIORI DECANO, PRIORIBUS,
& ceteris Clericis Colonienſibus.

Licet Colonienſis Eccleſia in favo-
rem ſuum ſuper negotio Imperij
nos induxerit, non nos ipſam, ac ideo
plus nos ei quād ipſa nobis de ipſo nego-
tio imputare poſſimus, quia tamen poſt-
modum fidelem eam invenimus & devo-
tam, hoc ipſum quod in ſuo proposito
constantiam conſervavit, ita gratum ge-
ſimus & acceptum, ac ſi sequentia, non
de ſuo, ſed de noſtro potiū initio prove-
niſſent. Vt inam autem nunquam natuſ
homo ille fuſiſſet qui Eccleſiam & ciuita-
tem veſtram turpitudinum ſuarum conta-
gione fecavit, eāmque pernicioſiſtimis
factis ſuis in multiplicem diſſicultatem in-
duxit. Verè filius Belial; quandoquidem
ipſe lubricus & perfidus fuit, ipſe verſipel-
lis & perfidus, callida ſemper arte deci-
piens, bonis noſtris initia fraudulenta
ſuggeſſit, ut tanto denum faciliū malig-
nari poſſet in ipſis, quanto de opere
quaſi ſuo conſidentes in eo familiaris pe-
juſ offendetur inimicus, illius imitando
verſutiam qui frequenter allicet nonnul-
los ad bonum, ut gravius malum eliciat
ex eodem. Quia verò poſtquam draco ille
projectus eſt, per quem Satan cribrandoſ
vos quaſi triticum expetivit, nullatenus
fides veſtra defecit, quos adverſarii im-
pulit, non verſavit, ariēque tentatio-
num admotus conſtantiae veſtra murum
non potuit penetrare. Cum igitur tan-
quam aurum in fornace Dominus ſuos
prober

Epiſt. 18.
Vt in exterioribus monaſte-
rijs procriptionibus ſibi
fratres profesſionis
in religione approba-
tions abque con-
tradictione
continere &
revocare prout
ſibi videbūt.

Epiſt. 19.
Adverſis tribu-
lationibus auſ-
tilli confor-
taſt & indu-
cunt ut rebu-
ſores & inti-
midi exiſtant.